



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 10. Admiranda Sardiniæ Veteris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

pestate. Noctu autem ex hoc vertice fulgores, interdiu fumus, & caligo apparent. *Strabo lib. sexto.*

Æthna mixtas ignibus niues profert, & licet vastis exundet incendiis, apricâ canitie perpetuo brumalem detinet faciem, ita inuidâ in vitroque violentiâ, nec calor frigore mitigatur, nec frigus calore dissoluitur. *Claudianus sic expressit,*

Seit niuibus seruare fidem, pariterque fauillis

Darescit glacies, tanti secura vaporis;

Arcano defensa gelu fumoque fidelis,

Lambit contiguas innoxia flamma pruinias, &c.

Silius autem Italicus — Stat vertice celsi

Collis hyems, calidâque niuem tegit atra fauillâ.

Solinus cap. II. Claudianus de raptu Proserpine lib. I. Silius Italicus lib.

14. &c.

Aliquando mons Æthna non tantum riuos igneos eiicit, sed & saxa ignita. *Strabo lib. 6. Pindarus, Maro, &c.*

In Agro Catanensi ostenditur locus piorum fratrum Amphino-
mi, & Anaphia, qui saeiente Æthnâ parentes humeris imposue-
runt; quibus & flammâ mirabiliter pepercit, in duas partes secta,
& pio sub pondere tutis innoxia fuit. *Strabo lib. 6. Auctor poëmatis de
Æthna, Valerius Maximus lib. 5. cap. 4.*

§. 9. Admiranda Corsicæ veteris.

IN hac Insulâ tantum reperitur lapis Catocites, qui adhæret
tactis corporibus: quo usum ferunt Democritum Abderitem in
Magos depugnaturum. *Plinius lib. 36. cap. 10. & Solinus cap. 9.*

Hæc Insula nec boues, nec capras, nec lupos, nec lepores, nec
ceruos alit. *Polybius lib. 12.*

Equos alit Corsica, sed paulò supra oves magnitudine, & simias
ad humanam ferè effigiem. *Procopius lib. 3. Gothicorum.*

§. 10. Admiranda Sardinia veteris.

NASCITVR in hac Insulâ herba Sardonia dicta, quæ si comedatur
rictu oras sic diducit ut Tridentum facie intereant qui ederint,
vnde parœmia, ritus Sardonius. *Strabo lib. 6. Solinus cap. 12. Isidorus
lib. 14. cap. 6. & alijs.*

Parall. Geogr. Tom. II.

XXX